



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère <1543-1623>**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 3. De obligatione parentum erga filios,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

grauis necessitate constituto. Probatur: quia parentes non potest esse de eo rationabiliter inuitus: cum & ipsem idem facere teneatur, per communem doctrinam de elemosyna.

Sextum est, non peccare filium etiam adhuc constitutum in patris potestate, accipiendo ex bonis suis castris, aut quasi castris, seu quae acquisuit occasione militis, vel officii publici, aut beneficij Ecclesiastici. Hoc patet, quia talia bona non pertinent ad patrem, sed ad solum filium: qui proinde respectu eorum sit quasi paterfamilias ex communione doctrina, de qua Nauar. in Enchir. cap. 17. n. 142. Quod notandum est à Confessariis ne facile cogant ad restitutio-

nem filium cuius pater percipit fructus beneficij, quod ha-

bet, Ecclesiastici.

Septimum est, filium gerentem negotia patris posse (de-  
ductis expensis quas pater ipse facit in illo alendo) pro suo labore & industria, tantumdem accipere quantum in mercede dem datur extraneo: nisi ille intendat facere gratis, aut te-  
neatur facere ad alimentum patri exhibendum. Hæc est Nauarri doctrina in cit. cap. 17. num. 144. fundata in naturali æ-  
quitate, quæ dictat, ut laborans iustum stipendium accipiat.  
Quanquam ad id necessarium est, ut filius exprefse vel tacite ostendat se esse lucrari. Nam qui gerens alterius negotium  
quærit mercedem, debet id illi explicare: quia forte dare nō  
vult; nec ea ratione, sed alia, rebus suis consulere. De quo si  
nihil constare possit; nec filius ob reuerentiam paternam  
audeat parentem interrogare, sufficere ei potest, quod pa-  
rentis ipse non possit iuré, tale, quid agere ferre. Quod si proba-  
biliter collaretur, parentem id ipsum negotium aliqui gestu-  
rum esse per se ipsum aut per aliū qui gereret gratis, vel mer-  
cede minore, tunc non esset locus tali compensationi labo-  
rum: ut nec si illi essent subeundi ad subueniendum parenti  
constituite in necessitate: quia esset obsequium debitum ex  
charitate ac gratis exhibendum.

Adverte obiter quod cum talis merces non numeretur  
inter bona filiorum quæ castris, aut quasi castris di-  
cuntur: sed aliorum quæ vocantur aduentitia: illius usum  
fructum non competere filio ante emancipationem suam,  
aut mortem patris, ad quem spectat usus fructus bonorum  
ei generis, ex lege Non solum, & ex lege Cum oportet, C.  
De bonis quæ liberis in potestate constitutis acquiruntur.  
De quo Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 143.

### C A P V T III.

#### De obligatione parentum erga filios.

##### S V M M A R I V M.

- 29 Obligatio parentum alendi filios etiam spurious.
- 30 Causæ excusantes ab eadem obligatione.
- 31 Quod talis obligatio non tangat ex aequo patrem & matrem, & in quo sit diversitas.
- 32 Obligatio alendi filios locum habet non tantum quod legitimos, sed etiam quod spurious.
- 33 Explicatio dubiæ, an matr teneatur filium lactare proprio latte.
- 34 Parvi incumbit obligatio donandi filiam.
- 35 Parentes tenentur mediocrem diligentiam adhibere in com-  
parandis temporalibus bonis pro filiis. Et quando per hos  
accepta mutatio, illi non teneantur restituere.
- 36 Parentes tenentur filium constitutere heredem.
- 37 Cause ob quas pater potest exheredare filium.
- 38 Quodam circa adest causas notanda.
- 39 Quomodo et non sufficient ad negandus filio alimenta qui-  
bus indiger simpliciter.
- 40 Documenta aliquor de parentum obligatione alendi filios.
- 41 Obligatio parentum ad bonam educationem filiorum.
- 42 Quomodo illi his castigare possint, & que debeant circa eos-  
dem curare.
- 43 Quid sit indicandum de expensis quas parentes faciunt alen-  
do filium in scholis.

**M**ULTA quidem sunt ad quæ parentes erga filios seu fi-  
lias tenentur ut colligere est ex iis quæ tradit. D. Anton.  
1. par. tit. 14. cap. 4. §. 6. sed ad duo fere omnia reducuntur: quo-  
rum alterum est debita vita sustentatio; alterum bona edu-  
catione prout attigit. Ceter. in verbo Adulterium, in fin.

#### S E C T I O P R I O R.

##### De obligatione parentum ad fastigationem filiorum.

Q uod ad prius atinet, parentes tenenti filios suos alere, q  
habent ex lege 1.2. & 3. Cod. De alendis liberis, & ex  
lege, Nec filium, Cod. De patria potestate; estque hæc obli-  
gatio naturalis prout communem omnium sententiam esse  
habet Azor in 2. parsue summa lib. 2. cap. 4. quest. 1. Et patet ex  
eo, quod oriatur ex ipsa nature propensione, quæ communis  
est homini cu bellis: siquidem ferat etiam quantumcumq  
alioqui sœuæ & immanes, nutritum proles suas. Quapropter  
parentes mortaliter delinquentur: qui filii notabilius deel-  
sent in necessariis alimento absq; causarationib; prout ha-  
bet Nauar. in Enchir. cap. 14. n. 17. Et probatur efficaciter ex  
cap. Si quis reliquerit, dist. 30. in quo anathema talib; dicitur.  
Id quod locum habet etiam quoad filios spurious, vt in verbo  
Alimenta tradunt Sylvest. & Tabiena: ille quest. 1. & hic nu-  
m. 1. & late Couar. in Epitome 4. Decretal. par. 2. cap. 8. §. 6. qui-  
bus Azor alii adhuc citatis, assentitur in seq quest. 7. Néque  
quoad hoc facienda est distinctionem inter filios illegiti-  
mos ante usum rationis vel post eundem, probatur ex cap.  
Cum haberet, De eo qui duxit in matrimonium in fine: vbi  
aperte statuitur talibus, necessaria subministranda esse à pa-  
tre, secundum quod facultates ei suppetunt.

Dixi, ab rationabilis causa: quia ex eiusmodi causa excula-  
rentur parentes: vt si non haberent in bonis, ex quo id pre-  
stare possint prout loco cit. Nauar & Sotus in 4. dif. 41. quest.  
vniuersitatis art. 4. concl. 2. ac Syl. verbo Filii, quest. 2. & Tabiena verbo  
Alimentum, n. 7. tangunt. Item si filius habeat aliunde patri-  
monium, aut artem unde seipsum alere possit, prout ex lege  
Si quis à liberis, §. Si filius, ff. de liberis agnoscend. tradit multis  
alii citatis Couar. in memorato §. 6. num. 9. Addens id intel-  
ligi, dummodo non sit dedecus filio talen artem exercere:  
quod idem addit Syl. in ead. quest. 2.

Censendi sunt quoque parentes similiter excusari, cum  
etiam si duiques sint, filium tamen alere non possint sine vita  
proprii periculis: que est expressa sententia Sotii loco cit. po-  
nitentis exemplum domatre quæ filium suscepit ex adulterio.  
Vnde licet alias parentes mortaliter peccent exponendo filios  
suos alendos in hospitalibus, vel in aliis similibus dominibus  
(nec enim obligationi quam habent illos alendi, debent ea  
ratione satisfacere, iuxta Nauar. in cit. num. 17. & alios quos  
Couar. refert & sequitur in cod. num. 9.) tamen in eventu  
nullum peccatum fore exponere filium alendum eiusmodi  
locis: non sequas licite id ipsum facerent parentes, quando  
extrema aut valde graui necessitate premerentur. Attamen  
debent tempus, locum, aliasque circumstantias obseruare,  
vt filii sui institutionem possint curare. Atque si pater &  
mater indigent nosi sit, debet pro expensis illius satisfacere  
hospitali, prout notant Caiet. in verbo Adulterium, & in eo-  
dem verbo Sylvest. q. 5. Arnil. §. 8. Tabiena num. 6. post D.  
Anton. 2. par. tit. 2. cap. 7. circa fin.

Excusantur adhuc parentes ab alendis filiis ex aliis causis:  
vt intelligere est ex Panorm. ad cit. cap. Cum haberet, & ex  
Syl. in verbo Filii, q. 21. & Tabiena verbo Alimentum, n. 7.  
De quibus illud in viuversum est stat, quod ex quibus causis  
licitum est patrini filium exhaeredare, licitum quoq; sit eidem  
alimenta denegare. Id quod pluribus aliis in eandem senten-  
tiam citatis tradit Couar. in cit. §. 6. num. 17. Quæ vero sint ea  
causa paulo post dicimus.

Si querras, A quæ predicta obligatio alendi filios tangat pa-  
rentes ipsos ex aequo. Responde detur negatiue. Ad matrem eni-  
m spectat, filio usque ad primum triennium subministrare  
necessaria, vt habetur ex lege Nec filium, Cod. De patria po-  
testate: traduntq; Syl. in verbo Alimentum quest. 2. Tab. cod.  
verbo quest. 4. Nauar. in Enchir. cap. 14. n. 17. & Couar. in cit.  
§. 6. n. 13. Ad patrem vero secundum eosdem, deinceps per-  
tinet prefata subministratio. Quod si fiat diuortium inter  
parentes, Index qui illud facit, statueret debet à quoniam ali  
debeant filij, prout tradit Sylvest. in verbo Filii, q. 21. De qua  
re pluribus tractat Thom. Sanchez lib. 10. De matrimonio, dis-  
put. 20. Ceterum si contingat matrem non posse per illud  
triennium alere filium, ad patrem id pertinebit; sicut & ad  
matrem pertinebit, etiam post triennium, eundem alere si

ipſa sit diues, & pater sit pauper, vt tradunt Sylvest. & Tabie-na l:cū c:t. & ex Panorm. ad cap. fin. De conuersione infidelium, Couar. in cit. num. 13. annotat.

32. Hæc autem locum habere etiam quoad filios illegitimos satis probabile est. Quod enim Panorm. ad cap. Cum haberet, De eo qd. duxit in matrimonium, contendit onus alendi filios illegitimos pariter patri & matri incumbere, nulla constituta & tatis differentia; pro dubio incertoq; habendum esse iudicat Couar. in fine eiusdem num. 13. Iudicarim quoq; sufficienti fundamento haud nisi, quod haberet sotus in 4. dist. 41. quaf. vnic. art. 4. concil. 2. patrem etiam si matrimonio solutus esset, non teneri de rigore iuris filium spuriū agere, quia non tenetur credere suum esse; neque si credat, at ille, alendi cura ipſi incumbit, sed matri si potest cuius est certus filius: quod si ipſa non possit, ille ex quadam misericordia debeat eundem filium educare. Quia ratio propterea non videtur sufficiens, quod nimis multum probat: nimisrum de iure patrem spuriū ad nihil amplius quoad eum teneri, quam alium quemcum que qui non est pater.

33. Si peras: An mater (si quidem ad illam spectat in primo triennio filium nutrire, vt dictum est) teneatur proprio lacte filium ipſum lactare. Respondeatur non teneri sub mortali, etiamsi non habeat iustum excusationem; & Nauar. in Enchir. cap. 14. num. 13. Et ratio est: quia in eo charitas vel pietas debet non leditur grauius, cum is non afficiatur grauius damno. Quod tamen intelligentum est dummodo prouideatur illi de bona nutrice, quæ scilicet habeat lac, nec infecta sit morbo, quo possit infante mifigere, vt attigit Nauar. & exprefſit Couar. in eod. num. 13. Attamen dubium non est quin optimum consilium sit, vt matres per seipſas lactent filios suos: neque id vel Reginis dedecus esſe ex Pauorino apud Gelium, Macrobius, Plutarcho ac D. August. Couar. ibid. adfert. Et ratio confirmat, quia debent filii hoc amoris signum exhibere, præſertim cum ab ipſis mores cum lacte quo dammodo hauriantur (in quam sententiam plura Azor in ſupracitato cap. 4. q. 5.) ita vt merito matres, niſi rationabilis cauſa eas excusat videantur in hoc venialiter peccare ex Nauar. & Couar. locis cit. Cuiusmodi cauſa est (vt ex iisdem & aliis habet Azor in praed. queſt. 3.) ut quod mater ipsa ad eo debiliſ sit, vt sine vita diſpendio non possit præbere lac filio, aut adeo pauper sit, vt compellatus iustum aliunde querere, neque id possit lactando filium; aut quod propter receptum patriæ morem ignominio ūm sit tali fœminæ proprio lacte filium nutrit.

44. Addendum est hoc loco ad superiora: obligationem incumberi patri donandi filiam quæ vult nubere. Id quo d. ex Nauar. in memorato num. 17. ver. 3. & Conar. in cit. §. 6. n. 11. aliog. multis quorum ipſi meminerunt, locum habet etiam respectu ſu. & ſpuriæ. Adde quoque ex probabilitate ſententia locum habere respectu filiæ, quæ iniuitis parentibus nupſit. Id quod latius tractatum videri potest apud Thom. Sanchez in lib. 4. De matrimonio disput. 25. & 26.

35. Addendum est præterea parentes debere mediocrem ſaltem diligentiam adhibere in comparandis temporalib. bonis p. filiis, iuxta illud poster. ad Corinth. 12. Non enim debent filii thelaurizare parentibus, sed parentes filiis. Dixi autem mediocrem diligentiam: quia obligare ad ſummam adhibendam, effet nimis durum. Neque ex verbo theſaurizandi colligas, patrem teneri ditare filium, & eleuare ſupra ſuum ſtatutum: ſed ſolum in longinquum (quod ipſum theſaurizandi verbum importat, vt attigit D. Thom. 2. 2. queſt. 10. art. 2. ad 2.) relinquere ei hereditatem ſufficientem ad conditionem ſui ſtatutum, vel ſaltum ſua promouere, vt poſfit ſibi de rebus, iuxta ſtatutum ſuum ſibi neceſſarii prouideret: ſue laborando, ſue arma trahendo, ſue etiam munus aliquod literarium exercendo.

36. Addendum est adhuc patrem non teneri ad reſtitutionem pecuniae quam abſque ipſius conſenſu filius in patria potestate adhuc conſtitutus, mutuam accepit. Nam per leg. r. ff. De S. C. Macedoniano, tale mutuum non inducit, poſt morem etiam patri, obligationem ad reſtitutionem. Quæ lex ex communi Doctorum ſententia prout cum Molina notat Lessius lib. 2. de iust. & iur. cap. 20. nu. 8. locum habet in conscientia: vt pote quæ legi naturali admodum congruerter, talem penam imponit, vt omnis occaſio machina-

tionis præ contra parentes filii præſcindatur.

Aliquot tamen excipiuntur caſus in quibus facienda eft talis reſtitutio. Primus eft, si filius habeat bona caſtrenſia, aut quaſi caſtrenſia. Secundus, si publice putabatur ſui iuriſ. Tertius si aliud accepit quaſi pecuniam de qua tantum lex loquitur, niſi id fecerit vt inde conſtaet pecuniam. Quartus, si pecunia accepta verba ſit in utilitatem patri. Quintus, patre ſecundum ream rationem debuſſet ſuppeditare illam filio, tanquam ei neceſſariam ad ſuam fuſtenationem. Aduerte vero, quod si filius iurauerit ſe foſtum: quia iuramentum in alterius fauorem factum ſeruandum eft cum potest ſine peccato, is debeat ſoluere cum pri- muſ potest commode, niſi obtineat à Praetato talis iu- ramenti relaxationem, quæ dari potest, eo quod illud ap- poſitum fuſit in fraudem legis quæ inde facile redderetur inutileſ.

Addendum eft, ad extreum quod parentes debeat ſi- lios inſtituere heredes ex Nouella 115. Iustiniani, in Authen- tica. Ut cum, De appellatione ſu. Aliud q. oq; capitulo; ita vt eos exhaeredantes ſine cauſa non excusat à mortali, tanquam notabilem in iuriā inferences. Caue vero ob quaſi uite potest filius exhaeredari, referuntur in proxime cap. §. & tractantur à Couar. ad cap. Raynurius, De teſtam. in princ. nu. 8. & aliquot ſequentiib. Itemque a Sylvest. in verb. Hereditas 2. & paſſim ab aliis Summularis in eodem verbo illas glossa vlt. ad cap. Quintuallis, De iuricurando, his ver- ſibus exprefſas habet;

Bis septem cauſis exheres ſi ius eft:

Sipatrem feriat, ſi maledicat ei.

Carcere detruſum ſi neglegit, ac fur oſum,

Criminis accuſer, vel patet inſidiā,

Si dederit grauius illi dama, nec hoſte redemit

Teflari prohibet, vel dat arena locum.

Si prauos ſequitur, vel genitoris amicam.

Non orthodoxus, filia quando coit.

Quoruñ verſuum ſenſus eft primam dicitur cauſarum eſe, ſi filius percutiat patrem; quæ intelligenda eft ex Couar. cum exceptione, niſi percutiat defendendo iuste ſeipſum, aut patriam. Secundam, ſi granem ei intulerit in iuriā, de qua re iudicare ſpectat ad iudicem coram quo lis tractatur. Tertiā, ſi parentem captum, de carere noluerit cum poſlet, educere fideiubendo pro eo. Quartam, ſi non ſuccurrat patri furioso. Quintam, ſi patrem in cauſa criminali, niſi sit de haſci, vel de criminis laſa maiestatis pro- uit in praed. nu. 25. Idemq; eft (vt aliis citatis habet Couar. num. 11.) ſi quis ſponte, nec coactus, teſtiſ fuerit aut Aduo- cantus contra patrem in eodem crime. Sextam, ſi vita pa- rentum fuerit inſidiata, veneno, aut alia quauiis arte. Septi- nam, ſi parentes ex dilapidatione ſu. ſuſtinuerint graue re- rum diſpendium; quod quantum eſſe debeat arbitrio iudi- cire inquitur ex Couar. in seq. num. 14. Octauam, ſi non re- demit patrem captum. Nonam, ſi impedimento fit, ne pa- ter faciat teſtamētum. Decimam, ſi ſinc. faciliat patris ve- ſetum cum arenarii ſu. minis: cum pater ipſius non fuerit il- lius conditionis. Undeimam, ſi conueretur cum maliciis ſeu incantatoribus. Duodecimam, ſi habuerit rem cum vi- xore patris, ſeu cum nouera ſu. ſu. vel cum eiusdem patris cō- cubina. Decimam tertiam, ſi filius fuerit haſcius, cum pa- ter sit Catholicius. VI: imam, ſi filia fornicata ſit; cum pa- rentes vellet pro ſuo poſſe, eam doṭare, niſi eam maritare ne- glexerint, ſu. que ad 25. annum: quæ verba ſunt memoratae glossæ. Cui adde, ex Sylvest. in verb. Hereditas. 2. num. 7. ſub fin. quod ſi mater meritis fuerit, ipſa non poſſit ob meritiū exhaeredare filiam: poſſit vero pater etiam ſu. luxurie ur. Ade- de etiam quod ſi filia que fornicata fuerit, peneſitentiam ege- rit, pater illi teſteatur præbere alimentum, & doṭem, vt habet Sylvest. in verb. Dos. q. 4. in fine.

Omnis autem haꝝ quatuordecim cauſe locum habent tam in maribus quam in ſeminiſis præter ultimam, quæ tan- tum habet locum in ſeminiſis: & tertiam quæ tantum in ma- ribus: eo quod ſemina fideiubere non poſſit prout Sylvest. notat Hereditas 2. num. 3. ex lege 1. & 2. ff. ad S. C. Velleianum. Item aliquæ ex eis ſunt (vt patet ex Authentica cit. §. Iuſtum autem perfeximus) propter quas filius poſſet exhaeredare patrem: nimisrum 4. 5. & 6. item 8. 9. 12. & 13. quibus in eod. §.

Hæc octaua adiungitur: si pater tentauerit interficere uxorem filij.

Quatuor vero obseruanda sunt circa easdem causas. Primum est: si aliae occurrant, omnes sub illis intelligi: quatenus fuerint in iuxtoe ipsiis & grauioribus multis citatis traditae. Cour. in cap. Raynutius, De testam. in prin. num. 16. Secundum est, per ingressum religionis auferri omnem causam in gratitudinis, tam filij quam patris; & ex cap. filii 19. quæst. 3. quod contra Alciat. & Balduinum optime defendit Cour. ibid. num. 20. & 21. Tertium est, si filius post ingratitudinem gerit penitentiam reconciliatusq; fuerit patri, ipsum non debere a patre exheredari, si nondum exhereditus est: quod iam exhereditus sit, exhereditatio locum habebit etiam in foro externo, nisi expresse reuocetur. De qua reibidem Cour. num. 17. & 18. Quartum est, quod habet Azor in 20. part. sua Summa, lib. 2. cap. 3. quæst. 6. in fine, tales causas nō sufficiunt negandam aliméta filio illis indigentibus simpliciter. Ratio est, quia ille non tollunt ius naturale, possumus in infinitu homini cum bestiis communis, ad alendum fustum suum.

Vbi aduertere filium non esse censendum agere simpliciter, cum ipse potest aliunde vi etum sibi querere ac compare: vt quando habet sufficientia bona propria, vel vires & trobar, vel industriaem artevne (nisi haec dedebeat conditio nem personae ipsius) vnde possit si velit vi etum acquirere, aut certe aliquos alios habeat a quibus alatur. In quo, tanquam fundamento, iuntur responsiones ad multa dubia quae Azor perlequitur in seq. cap. 4. consistentes in his. Primo, quod pater filium Religionem professum si per iustum sententiam ab ea expellatur, debeat alere, si aliunde non habeat vnde vivat. Secundo, quando rem aliquam certam loco alimentorum a patre assignata, filius ipse sua sponte consumpsit ac dissipauit, culpan ipsius non impedire, quominus simpliciter egeni alimenta pater præbere debeat: quia inde non cessat lex, qua de æquitate naturali pater debet alere filium in extrema, aut graui necessitate. Tertio, si filius cesserit iure alimentorum, quæ ipsi a patre debentur (quantumcumq; iuramento firmarit cessionem) ac postea ad egestatem extremam, vel grauenit deuenierit, patrem teneri alimenta ei dare, non obstante iuramento interposito, quod intelligendum est interpositum esse cum hac tacita conditione, nisi necessitas extrema argeat, vt argumento est, quod nemo approbet talem cessionem virgeri, vel fieri tunc temporis, cum filius inopia egestateq; premitur graui, aut statim ad eam deueniatur videetur.

40. *turus videatur.*  
Alia ad hunc locum spectantia quæ idem Azor sub finem ciudem 4. cap. &c in seq. cap. 5. persequitur, sufficiet complecti aliquot documentis. Primum est: patrem as alienum contractum à filio ad se alendum, tenere soluere tanquam suo nomine contractum. De quo iam dictum est ante. Secundum est: filium qui aliunde alitur, si quid à patre accipiat tanquam liberaliter donatum, non tenetur illud restituere. Tertium est: alimēta præstanda filio, debere talia esse, qualia ipsum decent, conditione eius spectata ex ætate, nobilitate, & professione ipsis: ac etiam instituto, more, ac consuetudine patriæ in qua degit. Quartum est: codem iure naturali quo parentes filii, aios, ceterosq; ascendentes debere alimenta præbere nepotibus & neptibus. cum pater & mater defunt. Quintum est: cum matrimonio debent esse libera, patrem non posse bona conscientia filia alimenta seu dotem negare ex nomine, quod nups erit sine suo consensu, nisi nuptias inierit indignas, viles & ignominiosas, aut repugnantes fæcis canibus iuribusque Ecclesiæ. In quo casu naturali æquitati consentaneum est seueritatem vti, ad familiæ perturbationem atq; odia & diffidia quæ inde oriri solent vitanda. De hoc plenius idem Azor in preced. cap. 2. q. 7. 8. & 9. sed in sum spectat propriad tractatum de matrimonio.

Sextum est obligationem parentium alendi filios etiam spiliros, transire ad hæredes ipsorum: similiterque ad alios ad quos ex donatione vniuersa bona illorum peruererunt: non item ad illos ad quos peruererunt ex emptione. Fiscum autem ad quem eadem bona peruererint ob parentum crimina, teneri fatem vita necessaria filiis relinquere, cum debeatetur eis de iure naturali: nec insontes filios ob patris crimen punire talibus, sit æquitati naturali cōsentaneum. Hoc plenius idem author tractat in cap. 5, quæst. 5. & 6.

Septimum est: quando filius potest absq; dedecore alia parentibus, peccatum esse cum obligatione ad restitutio- nem expensarum, exponere illum nutritendum in hospitali domo; nam hospitalia instituta sunt tantum in subsidiu pauperum. Quia etiam de causa si quis filium quem alere potest, exponit ad vitandum dedecus & infamiam quamvis excusa possit à peccato, non excusat à restituitione expensarum factarum in eo alendo. De qua re Azor ipse plenius in quaest. 7. & non alias cum de restitutione. Quia in reliqua parte eiusdem quinti capituli peculiaria de matre ille habet, & pluribus sequentibus capitibus de diuersis filiorum generibus eruditus erat, ei qui volerat apud ipsum videnda possumus relinquere; vt non adeo necessaria ad nostrum institutum.

## SECTIO POSTERIOR.

*De parentum obligatione ad minorum educationem.*

**A**d duo reuocari diximus quæ parentes debent filiis; de priori haec tenus. Quod attinet ad posterius, nempe ad bonam educationem, notandum est teneri parentes per se vel per alias personas honestas, bonis moribus filios instituere, atq[ue] adeo spiritalem ipsorum salutem primo, principali- ter curare: cauedo ne occasiones peccati mortalis habeat, corrigendoque delinquentes, nec sinendo ipsos duci suis effectibus: atque procurando, vt præcepta quibus adstringuntur, sive Dei, sive Ecclesiæ teneant, eaque obseruent; atque orationem Dominicam cum Glutatione Angelica, symbo- umq[ue] Apostolorum addiscant, prout Nauar. monet in tract. De oratione, cap. 3. num. 20. congruenter cap. Vos ante omnia, de consecr. dist. 4.

Debet quoque abstinerè à nimia sceleritate erga filios, ne illos ad indignationem prouocent, ex cap. 3. Epist. ad Cor. off. Quanquam si ab eis aliqua commissa sit culpa, quæ necessario castigationem & coburagationem requirat, cauere debent ne quid liberis disolutis, per indulgentiam remittant; ut circa finem explicacionis huius præcepti monet Catechismus iussu Concil. Trident. editus. Videri potest Diuus An-  
ton. 1. par. tit. 14. cap. 4. & 6. versa Debet tertio. Quamuis autem  
est redē Socus doceat lib. 5. De iust. & iure, quest. 2. art. 1. patres non  
possint occidere filio, vel mutilare, aut vulnerare: tamen  
possunt in castigatione (dummodo id sit ad ipsorum utili-  
atem) vsque ad verbera procedere, vt post D. Thom. 2. 2.  
quest. 65. art. 2. habet Sylvest. in verbo Vxor. quest. 3. & in verbo  
percusso. Debet autem esse moderata verberatio, vt ibid. ad-  
dit Sylvest. siquicunque percussio atrox fuerit, peccatum erit morta-  
le, ex Soto in sequen. art. 2. Non est vero talis censenda illa, ex  
qua non imminet notabilis pericio, etiam si facta sit aliqua ex-  
coriatio.

Insuper debent parentes dare operam ne filij prauæ conseruatiudini assuefcant, & ne malos habeant magisfros, aut alios cum quibus, siue domi siue foris versentur. Corrumput enim (t.dicitur in priori ad Corinth. cap. 15.) mores bonos, colloquia praua. Ne item otio torqueant, quandoquidem ex Ecclesiast. cap. 33. multam malitiam docuit otiositas. Debet cetera re ipsos præbere liberis magistrorum virtutis, aequitatis, continentia, & sanctitatis, ut citius Catechismus habet in eodem loco, ac eo que illud maxime curare ne male suo exempli illi deprauentur: in quo grauissime peccarent. Vide traditione à D. Antonio in memorato §. 6. ref. Quarto debet. Illud vero inter cetera turpissimum est in educatione filiorum, parentes preposto illis consilia præbeant, illosque ratione aliqua inducant ad peccata. Atque ex his deduci possunt aliqua in particulari in quibus parentes delinquent, qualia sunt: tum alia, tum quæ proponuntur à Nauarr. in Enchir. ap. 14. num. 18. spectantia ad licentiam à parentibus permisam suis liberis in vano cultu corporis proprij, & in turpi cœrsatione cum alijs.

Addendum effautem obiter iuxta ea quæ Azor habet in part. suæ summæ lib. 2. cap. 4. quæst. 17. & 18. patrem teneri in conscientia, sumptus & expensas facere, ut filius det operam literis: quibus cæteri paris conditionis, more patrio eruditiri informarique solent, nec filium ipsum patre mortuo sum inter fratres paternæ hereditatis dividetur, teneri easdem expensas referre, & in legitimam suam computare: quoniam iudicantur à patre gratis ac liberaliter factæ, nisi aliquid

constaret quod ipse voluerit, ut filius in partem suæ legitime  
eas haberet.

## CAPUT IV.

De obligatione ad iniucem parentum, coniugum ve,  
ac filiorum, seu fratribus.

## SUMMARIUM.

- 44 Obligatio inter virum & vxorem, assertim ad subiectionem  
& reuerentiam mutuanam.  
45 Aliquot modi quibus vxor contra talēm obligationem mor-  
taliter peccat.  
46 Explicatio difficultatis: An vxor tenetur sequi virum mu-  
tantem domicilium.  
47 Modi quibus vir peccat mortaliter contra propostam obliga-  
tionem.  
48 Obligatio alendi vxorem.  
49 Obligatio fratris subueniendi fratri, & filii ipsius.  
50 An ea possit impedire in illo religionis ingressum, explicatur  
distinctione.

44.

**C**V M vir & vxor individuum vitæ consuetudinem so-  
cietaatem incant ex 1. ff. de ritu nuptiarum, & ex  
2. Illud, De præsumptionibus, efficiantur que duo in carne  
vna, ex cap. 19 D. Matthæi, dubium non est quin debeant  
non tantum interno actu, sed exteris etiam amoris signis se  
iniucem honorare, propriosque defectus mutuo tolerare,  
ac sibi subiectiōnem & reuerentiam mutuanam exhibere: po-  
tissimum autem vxor viro: quia licet hic in illam non ha-  
beat dominium politicum: habet tamen dominium quod-  
dam naturale, secundum quod superior illius est atque ca-  
put, prout ab Apostolo dicitur in priori ad Corinth. cap. 11.  
Ad quod facit quod prima mulier formata sit non de pede,  
quia non debet esse ancilla, nec de capite, quia non debet  
esse domina: sed de latere tanquam socia data viro suo, vt  
ex Magistro sententiā habet D. Anton. 3. part. t. tūl. 14.  
cap. 9. §. 1. vers. De conuersatione coniugorum. Et quāmis  
quod ad debitum coniugale attinet, ea ius æquale habeat  
cum marito (vt enim vxor potestatem sui corporis non ha-  
bet, sed mulier, ex Apostolo in preced. cap. 7.) id tamen non impedit quominus in aliis,  
præsertim ex gubernatione domus, ius superioritatis penes ma-  
ritum residet, ex D. Anton. in initio citati paragraphi. Quo-  
circa si vir vxori debeat reuerentiam, carenti vxori viro  
multo magis præstare tenetur. Cuius rei egregium exem-  
plum dedit B. Virgo ex D. Luca cap. 2. sub fine, cum filium  
reperiens in templo dixit: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce  
pater tuus & ego, &c. præpotuit enim sponsionis honoris  
gratia. Sara item cum de marito suo Abraham ageret, vo-  
cavit illum dominum: inquiens, Et Dominus inecus vetulus  
est, Gen. 18.

Efficitur præterea ex dictis vxorem teneri obediens viro in  
iis in quibus ipse superior est: qualia sunt que pertinent ad  
bonos mores & familiæ gubernationem: quod notat Nauar.  
in Enchir. cap. 14. num. 20. Ad quod faciunt quæ ex D.  
August. habentur apud Gratianum in Cap. Est ordo, in cap.  
Hæc imago, in cap. Satis, in cap. Mulier, & ex D. Hieronymo  
in cap. Cum caput, 33. quæst. 5.

## Obligatio vxoris erga virum.

## SECTIO I.

45.

**A**Tque his congrueret pro præxi in particulari dicen-  
dum videtur, quod ad vxorem attinet, in ordine ad vi-  
rum eam peccare mortaliter, si debitam huic subiectionem  
præstare contemnat: aut in re graui non obediens præcipien-  
ti aliquid eorum in quibus ipse est superior: aut si suis rixis ac  
verbis maritum provocet ad blasphemiam, sciens, aut scire  
debens ipsum ex talibus, taliter provocatum iri: hæc Nauar.  
habet in cit. num. 20. vers. 6. & 7. Quibus addes si mariti per-  
petiat, nisi id faciat defendendo se cum debita moderatione,  
dico qui enim grauem illi infert iniuriam ob superioritatem.  
Sequitur etiam ex prædictis, quod cum ad virum pertinet  
gubernatio domus, rerumque administratione, peccet vxor si  
contra expressam vel tacitam voluntatem illius, aliquid no-  
table excedat, etiam in elemosynis: nisi paraphernalia, id

est, bona aliqua ultra dotem habeat, vel artem multum lu-  
crosum, vt loc. cit. expressit D. Anfo. & explicimus tractan-  
tes de elemosyna in lib. 4. num. 276.

Sed petes; An mortaliter peccet vxor, si virum suum no-  
lit sequi cum ex vna civitate migrat in aliam, in qua vult eam  
ducere, mutando domicilium. Ad quod respondeatur affir-  
mativæ, iuxta ea quæ traducta in verbo vxor Syl. est. quæst. 8.  
Armilla §. 8. Tab. quæst. 2. Nauar. in Enchir. cap. 14. num. 20. vers. 5.  
& Conar. cum aliis in Epitome 4. Decretal. part. 2. cap. 7. in princip.  
nu. 5. Intellige autem nisi maritus fecisset ante paucum cum  
vxore de domicilio non mutando. De qua re dicetur plen-  
ius in seq. lib. 31. num. 309. & 310. Hæcque quoad vxores in  
ordine ad viros dicta sint.

## Obligatio viri erga vxorem.

## SECTIO II.

Qvod vero ad maritum, peccat in ordine ad vxorem, ex  
supradictis consequens est peccare mortaliter mari-  
tum (quod Nauar. expressit in cit. cap. 14. num. 19.) qui indiscre-  
te & sine causa valde rationabiliter, percutit vxorem, eti si negan-  
dum non est quin si huius defectus id postulent, maritus qui  
caput est illius, ex priori ad Corinth. cap. 1. possit vsque ad  
verbena in vxoris castigatione procedere: iuxta ea quæ tradu-  
dunt D. Anton. 3. part. t. tūl. 14. cap. 9. §. 1. ver. Secundo modo debet,  
& in verbo Vxor, Sylvestri quæst. 3. Armilla §. 2. & Tab.  
quæst. 2. Ait autem Sotus in 5. de iustit. & iure, quæst. 2. art. 2.  
ante solutionem argumentorum: quod nisi graui virgeat ne-  
cessitas dedecus sit viro, adeo que nefas, tali iure vti. Cu-  
randus enim est vxorim honor, nec ad castigacionem ve-  
niendum est, nisi tales sint carum mores, vt recta ratio di-  
cet, ipsas esse pugnandas. Rursus consequens est mortaliter  
peccare maritos, si asperre tractent vxores tanquam seruas  
(quod Nauar. habet in eodem num. 19. vers. 3.) easque afficiant  
in iuriis de se apud infamandum, etiam si ipsi non habeant  
infamandum animum: si quidem sequatur infamia, vel pro-  
babile illius periculum. Item animo inferndi illius notabili-  
lem in iuriam, furibunda verba contra eas proferant; quan-  
tumvis ea non sint in iuriosa sua natura, multo magis vero  
si talia sint que lœdant ipsarum honorem, & innuant fidem

Amplius mortaliter peccant viri qui absque legitima cau-  
sa vxores impediunt, autocant, & pīs exercitiis, que ipsi solent  
facere sine preiudicio eiusdem viri & administrationis  
domus: aut etiam ab obseruatione præceptorum sue Dei  
sue Ecclesiæ, v. g. ab audiendo sacro diebus feltis, à communione  
in Paschate, &c. Quod etiam Nauar. loco cit. ver. 1. ex-  
pressit. Idem iudicium est, si nolit vxorem aleare, iuxta Syl-  
vestri in verbo Alimentum, quæst. 1. vers. 3. & D. Anton. in me-  
morato §. 1. ver. 1. Quod intellige, nisi ex impotentia excusetur:  
vt D. ipse Anton. admonet. Intellige etiam, quod Thom-  
as Sanchez in lib. 9. de matrimonio, disp. 4. quæst. 2. tractat alii  
abundè citatis, nisi vxor propria temeritate recedat à coniugio  
viri, sine huius culpa. Nam vxor debet esse in viri obie-  
quio, ex cap. Hæc imago, 33. quæst. 5. Vnde si obsequio debi-  
tum præstare nolit, non accipiet alimentum sibi debi-  
tum. Quod si vxor recedat culpa viri, vt si ipsius sa-  
cramentum, alenda est ab illo: quia cum tunc non vxoris, sed viri  
culpa tribuendum sit, quod illa non sit in huius obsequio,  
perinde censendum est, ac si recuera esset in obsequio. Quod  
si viri, que culpa sit, addu memoratus author ibid. num. 24. at-  
tendendum est, cuius sit ultima, vt si vxor culpa quidem sua  
recessit, sed penitentia ducta reddit ad virum, is nolendo eam  
recipere causam dare censetur separationi, & ideo teneri ad  
alimenta. Ita si vxor inculpatæ quidem ob mariti saevitiam  
recessit, sed maritus ei cautionem sufficiemtē offert de se-  
curitate in posterum manu tractationis; ita vt prudentis iu-  
dicio non habeat causam iustam recusandi oblatam condi-  
tionem, ipsa quæ nihilominus recusat; ei vir extra consor-  
tium suum existenti, non tenebitur alimenta tradere. Intel-  
ligi adhuc idem debet nisi dos promissa sit, nec soluta. De  
qua re idem Sanchez plenius in sequent. disput. 5. De  
eadem autem commodior locus dabitur in  
seq. lib. 31. qui erit de ma-  
trimonio.

Obligatio